Jam moesta quiesce

Carmen in exequiis (Aus dem Hymnus Deus ignee fons animarum)
Kantionalsatz

Michael Praetorius
MUSAE SIONIAE Teil VIII Nr. 164
GA Bansd 8 S. 125

2. Quid nam sibi saxa cavata,/ quid pulchra volunt monumenta?
Res quid nisi creditur illis,/ non mortua, sed data somno.

3. Nam quod requiescere corpus,/ vacuum sins mente videmus,
spacium breve restat, ut alti/ repetant Collegia sensus.

4. Venient cito saecula, cum jam/ socius calor ossa revisat
animataque sanguine vivo/ habitacula pristina gestet.

5. Quae pigra cadavera pridem/ tumulis putrefacta jacebant,
volucres rapientur in auras/ animas comitata priores.

6. Sic semina sicca virescunt,/ jam mortua, jamque sepulta,
quae reddita cespite ab imo/ veteres meditantur aristas.

7. Nunc suscipe terra fovendum/ gremioque hunc concipe molli
hominis tibi membra sequestro/ generosa et fragmina credo.

8. Animae fuit haec domus olim/ factoris ab ore creatae,
fervens habitavit in istis/ sapientia principe Christo.

9. Tu depositum tege corpus,/ non immemor ille requiret,
sua munera fictor et autor/ propriique aenigmata vultus.

10. Veniant modo tempora justa,/ cum spem Deus impleat omnem,
reddas patefacta necesse est,/ qualem tibi trado figuram.

Copyright © Winfried Elsner E 08.164
www.michael-praetorius.de

Jam moesta quiesce

Carmen in exequiis (Aus dem Hymnus Deus ignee fons animarum)

Kantionalsatz

Michael Praetorius
MUSAE SIONIAE Teil VIII Nr. 165
GA Bansd 8 S. 125



Copyright © Winfried Elsner E 08.165

Jam moesta quiesce

Carmen in exequiis (Aus dem Hymnus Deus ignee fons animarum)
Kantionalsatz

Michael Praetorius
MUSAE SIONIAE Teil VIII Nr. 166
GA Band 8 S. 126



Copyright © Winfried Elsner E 08.166